



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

5 Electiones, & prouisiones Ecclesiarum expediuntur in Consistorio
secreto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

fistorium Pontificium, secretum
 nempè , & publicum , ac * in 4
 vtroque proprium , & peculia-
 re munus obire soleant Aduo-
 cati Consistoriales , inde tales
 nuncupati , distinctè proceden-
 do videndum priùs erit de his ,
 quæ ex antiquo eorum institu-
 to , vel de consuetudine ab illis
 fieri debent in Consistorio se-
 creto , mox autem de his , quæ
 in publico.

Nàm * quod pertinet ad se- 5
 cretum , consueuerunt Summi
 Pontifices de voto Sacri Cardi-
 nalium Senatus in illo expedire
 omnes electiones , & prouifio-
 nes Ecclesiarum ; quæ dicuntur
 Consistoriales , veluti Patriar-
 chalium , Primatialium , Me-

G tro-

tropolitanarum, Cathedralium,
 Abbatiarum, & Monasteriorum
 Regularium. Verùm quia ple-
 rumquè apparebant opposito-
 res, & contradictores, resquè
 in controuersiam deduceban-
 tur, Aduocatorum opera indi-
 gebant; Ideo nè passim vnicui-
 què liceret, penès tam celebrem
 confessum illas patrocinari, & in
 eis orare, selectus fuit ordo Ad-
 uocatorum Consistorialium, qui
 essent egregii Iurisperiti, &
 non nisi solemni eorum pericu-
 lo publico in eundem ordinem
 6 cooptati, vt * soli huiusmodi
 prouinciam aggressi, eorum
 proprium munus esset, in Con-
 sistorio coram Sacro Senatu,
 electionum, aliasuè grauiores
 cau-